

50


H3226



11865 ✓  
n  
o  
h  
50

IOANNES FROBENIUS  
STUDIOYSIS S. D.

Damus nunc uobis Orum Apol-  
linē Niliacū de Hieroglyphicis no-  
tis à Bernardino Trebatio Veiceti-  
no iatinitate donatū. In quo ueteris  
Aegyptiorū sapientiae thesaurū re-  
perietis, uulgo haud dū cognitū, &  
miras rerū ac animantiū naturas ac  
proprietates. Eū insignis ille melio-  
rū literarū antistes Ch̄onradus Peu-  
tinger apud Vindelicos Augustani  
senatus à secretis, & Cæsareæ maie-  
statis à consilio liberaliter nō ita du-  
dum nobis cōmunicauit. Bene Va-  
lete, & Frobenium amate.



Q Vi gratiam libellis aucupantur, eos pumice poli-  
unt, purpura uestiunt, ut & si mali sint, curatura boni  
uideantur. qui uero eodem modo debita soluunt ne-  
gligentiores sunt, hos ego imitor. Ex his enim sum, &  
libellum, ut peperi, nudum tibi trado. tu, si non pessi-  
mæ indolis uidebitur, ac tollendum putabis, indui faci-  
es. sin minus, proxima fœtura aliquod fortasse melius  
ædam. Vale.

Trebatius



# CHVONRADO

PEVTINGER, AVGUSTANO, IVRISCON-  
SVLTO, BERNARDINVS TREBATI

VS VICENTINVS S. D.



N Orum latinū, si modo id sum cōse  
cutus, exhibeo tibi patronē optime, sit  
tūm hæc tui uerissima appellatio, nam,  
et omittā dicere de hominibus, patro  
nus es Reip. literariæ, debet tibi ome  
genus scriptorū. siquidem sic omniū  
es studiosus ut omnes habere uelis, conquiras undiqz,  
nonnulli multos annos desyderati nunc demū tua ope  
ra legantur. Historiarū uero series omnis per te expli  
catur, ac habent in te uiuum exemplar. Antiquitas ipsa  
nullo magis gaudet alumno. Romani autem Cæsares  
quem alium malint curatorem: non tibi eorum gesta  
cognouisse satis, eos ipsos signatos omnes in Chartis,  
aere, argento, solido auro demonstras. Et quod uiui nō  
potuerunt, mortui adepti sunt: ut eodem tempore, & iu  
uenes, & senes, & in omni ætate quales fuerint conspici  
possint. Sed & ipsi Romani duces, quod non secundo  
perierint tibi acceptum referunt, tu eorum epigrāmata  
colligis undecunqz, & iar. uetustate coll. vfa, dimidia  
ta ferè, restituis, ac das ut, post tē, in maiore nequeūt,  
in Chartis legantur. Sed quid ego hæc de te ad te calijs

a 2 melius

## 4 EPISTOLA NVNCVPATORIA.

melius aliquando narrabo. Quin Græci ipsi, si quis ini-  
feris sensus, tibi bene precantur. nā cum iā desint ex eo  
rum genere qui legant, curas tu ut à latinis legi possint.  
optarem uel hac causa patere mihi Græcorum penetra-  
lia, ut satis tuæ possem facere uoluntati. debeo enim ti-  
bi omnia cum ob benevolentiam, tum ob merita mul-  
ta: tu mihi uiso tantum, omnia amicitiæ, uel antiquissi-  
mæ officia præstisti: domo me suscepisti: peteti omnia  
tribuisti: multa etiam ultro obtulisti. idq; nullis meis in  
te meritis. Quod & si in omnes itidem humanus es &  
liberalis, me tibi tamen plus cæteris debere sentio. Ve-  
rum in præsentí: qui me memorem ostēdam, habeo ni-  
hil præter animum, & hoc quicquid est libelli, quæ, quia  
non ingratum tibi fore sentiebam, transtuli maiori uo-  
luntate, q; facultate. nam & adhuc in hac lingua pere-  
grinor, & est libellus eiusmodi, ut ne à Græcis quidem  
ipsis totus legi possit. Inerunt & quæ fortasse nugato-  
ria ac frigida uideantur, quæ tamen ego nō ommisi. nō  
enim Censoris, sed Interpretis fungebar officio. nec ani-  
mus fuit ita religiose uertere, ut uerbum uerbo redde-  
rem. quid enim ineptius? Latinis enim, non Græcis la-  
boraui. Quantū aut̄ effecerim, tu facillime iudicabis, &  
statues an eiusmodi sit opusculū, ut ei in tua refertissi-  
ma biblioth. ocus esse debeat. Vale decus patriæ, ac  
meliora si deus an. aliquādo expectes. Augustæ,  
duodecimo Caleñ. Maias. Anno M. D. XV.

Ori

# ORI APOLLINIS

NILIA CI HIEROGLYPHICA, PER BER  
NARDINVM TREBATIVM VICEN  
TINVM DE GRAECIS  
TRANSLATA.

QVOMODO AEVVUM SIGNIFICANT.



Euum significantes Solem & Lunā describūt, eo quod sint hīj Planetæ æui elemen-  
ta. æuum aliter scribere uo-  
lentes Serpentem pingunt,  
caudam reliquo corpore te-  
gentem. eum uocant Aegy-  
ptij Vreum, id est, Basiliscū.  
quo quidē aureo formato

deos circundant. Aeuum autē dicunt Aegyptij per hoc  
animal significari: quoniam cū sint tria genera Serpen-  
tum, cætera quidem moriuntur, hoc solum est immor-  
tale. hoc & quodlibet aliud animal solo spiritu afflans,  
absq; morsu interimit. Vnde cum uitæ & necis pote-  
statem habere uideatur, propter hoc ipsum deorum ca-  
piti imponunt.

a ,

Quomodo

## QVOMODO MVNDVM.

**M**Vndum scribere uolentes Serpentem pingunt, suam ipsius caudam deuorantem, distinctū uariis squamis, per quas Mundi astra figurant. Et grauissimum quidem hoc animal est pro magnitudine, quē ad modum terra, est etiam lubricum & in hoc aquæ simile, ac singulo quoq; anno pellem unā cū senio exuit. Se cundū quam rationē & in mundo annuū tempus mutationē faciens iuuenescit. Quod uero pro cibo corpore suo utit, significat id quæcunq; diuina prouidētia generantur in mūdo, hæc om̄ia in eundē dīminutionē pati.

## QVOMODO ANNVM.

**A**Nnum significare uolentes Isidem, hoc est, mulierem pingunt. hoc ipso etiam deam significant. Est autem apud Aegyptios Isis astrum, eorum lingua Sothis nominatū, Græcorū uero astromyon, quod & cæteris astris uidetur dominari, aliquādo maius, aliquādo minus apparens, & nūc quidē clarior, secus aliās. Ad huc etiā in eius ortu, omnia quæ proximo anno futura sunt, prouideri solent. Qua ex re non immerito annū appellant Isidē. Et aliter annū describentes palmā arborem pingunt, eo quod hæc sola præter aliarum naturam ad Lunæ ortum ramum unum emittit. Ita ut in duodecim ramis annus integer perficiatur.

## QVOMODO MENSEM.

**M**ensem scribentes ramum pingunt, aut Lunam inuersam

inuersam . Ramum quidem ob eam , quæ in palma arbores dicta est causa . Inuersam uero lunam , quoniam , ut dicunt , cum statim oritur quindecim restant partes , ad hoc ut cornibus in superiorem partem diductis appareat . Cum uero occultatur , triginta dierū expleto numero in partem inferiorem cornua declinat .

## QVOMODO ANVM INSEQUENTEM .

**A** Num in sequentem significates quartam partem arui describunt . Est autem aruum mensura terræ cubitorum centum . uolentes autem annum dicere , quartum dicunt , quoniam , ut perhibent , ab ortu astri , quod Sothi dem uocant , ad aliū ortum interest diei pars quarta . Et esse annū solis dierum trecentorum , & quinq; supra sexaginta . Vnde quarto quoq; anno diē superfluū Aegyptij ad numerant . quater enim pars quarta diē complet .

## Q VID SIGNIFICENT SCRIBENTES AQVILAM .

**C** Vm uolunt deum significare , aut altitudinem , aut depressionem , aut excellentiam , aut sanguinem , aut uictoriā Aquilam pingūt . Deum quidē , eo quod sit auis hæc fœcunda & longæua . Et ad hoc quod uidetur simulacrum esse Solis , cum præter cæterorū uolatilium naturam intentos oculos teneat in radios solares . Vnde & medici in oculorum medelam herba ab Aquila dicta utuntur . & solet in tanq; dominum uisus aliquando Aquilæ forma depingūt . Altitudinē , quoniam cætera quidē uolatilia , cum uelint in altum ascende re , oblique

re, oblique feruntur, cum non possint in directum uolare, sola autē Aquila in altum recta fertur. Depressio nem, quoniam eodem modo cæteræ aues oblique ad terram feruntur, Aquila sola recta descendit. Excellen tiam, quoniam Aquila cæteris uolatilibus præstare ui detur. Sanguinem, quoniam, ut dicunt, Aquila non aquam, sed sanguinem bibt. Victoria, quoniam uideatur reliquas aues omneis superare. si cui enim con gressa uinci se sentiat, resupinat se, ac dirigit ungues, alas ac dorsum ad terrā uersa. atq; hoc modo pugnat. uis uero inimica, cum hoc facere nequeat, facile in fu gam uertitur.

#### QVOMODO INDICANT ANIMAM.

**E**T pro anima Aquila ponitur, ex nominis interpre tatione. Vocatur enim apud Aegyptios anima Baieth. hoc autem nomen diuisum, animam significat & cor. est enim bai anima, eth uero cor. Cor uero apud Aegyptios est ambitus animæ. unde nomē ipsū sonat, quasi cordatam animam. Qua ex re Aquila eius dem naturæ cum anima, ut plurimum aquam non bibit, sed sanguinem: quo & anima nutritur.

#### QVOMODO MARTEM ET VENEREM.

**M**Artem & Venerem scribentes duas aquilas pingunt. marem, quem Marti comparant. & fœminam, quam Veneri. Et hoc ideo quia reliqua animalia non semper mari ad omnē mixtionem parere uolunt, Aquila

Aquila uero, semper. Ter decies enim in die compressa postquam surrexerit, si mas vocet, denuo accurrit. quapropter cum maxime sit in Venerem prona, Aegyptiā eā Venerem vocant. Et propter hoc etiam Aquilam Soli dicarunt, quia Solem imitata terdenum numerum coeundo complet. Aliter Martem & Venerem scribentes, geminas cornices pingunt. marem & foeminā. quoniam hoc animal duo oua parit: ex quibus marem & foeminam generari oportet. Si autem eueniāt, quod ratio euēnit, ut duo mares generentur, aut duae foeminæ, iugati mares cum foeminis alteri cornici non admiscentur. Itidem neque foemina alteri mari, uerū dissociati Soli degunt. Ideo unicæ Cornicī occurrentes augurantur futurum. ut uiduali uita sibi uiuendum sit.

## QVOMODO NVPTIAS.

**C**Vm nuptias significare uolunt, geminas cornices pingunt, ob eam quæ supra dicta est causa.

## QVOMODO VNIGENITVM.

**V**Nigenitum significantes, aut generationem, aut patrem, aut mūdum, aut hominem Scarabeum pingunt. Vnigenitum quidem, quoniam per se generatur hoc animal nō conceptum à foemina. huius enim solius generatio talis est. Cum libuit mari procreare, excremento bouis inuento, ex eo pirulam cōficit rotundam, ad cæli similitudinem. quā innixus tergo rotat ab ortu occasum uersus, ad orientem Solem ipse respicens,

b

quoad

quoad rotunda effecta mundi formam acceperit. Sol enim ab oriente in occidentem fertur. Iterum redies in orientem. Cōtrario uero motu fertur astrorum cursus ab occidente in orientem. hanc igitur pirulam defodiēs relinquit octo & uiginti dies. tot enim diebus Luna duodecim signa, quæ sunt in Zodiaco, metitur. & sub ea perficitur animalium Scarabeorum genus. nono autē & uigesimo die pirulam aperiens, in aquā projicit: hoc enim die putat coniunctionē fieri Solis & Lunæ. & mundi insuper generationem: qua aperta in aqua animalia prodeunt, quæ sunt Scarabei. Generationē, propter eam quæ dicta est causa. Patrem, quoniam à solo patre ortum habet Scarabeus. Mundum, quoniam similem figuram generationis habet cum mundo. Hominem autem, quoniam in ea specie fœmina non inuenitur. Sunt autē Scarabeorum tres formæ. Prima feliforma & lucida, quam ob similitudinem Soli dicarunt, ferrunt enim marem felem oculorum pupillas uariare ad cursum Solis, oblongæ enim fiunt mane ad ortum Solis, rotundæ deueniunt circa meridiem, obscurantur autem occidente sole. Vnde & in urbe Solis dei statua est feliforma. Et habet Scarabeus digitulos triginta. ob triginta dies mensis, in quibus Sol oriens suū perficit cursum. Secundū genus bicorne & tauriforme est. & Lunæ consecratum: à quo & in cælo taurum ascendentem Lunæ esse uolunt Aegypti. Tertia species habet unū cornu

tornu tatum,& propriam formam:quam Mercurio dictam putauerunt.Sicut & Ibis avis esse dicitur.

## VVLTVREM SCRIBENTES

## QVID SIGNIFICENT.

**M**Atrem scribentes,aut uisum:aut terminum:aut præcognitionem:aut annum:aut misericordiam:aut Palladem:aut Iunonem:aut duas dragmas Vultu rem pingunt. Matrem quidem,quoniam in hoc aui um genere mas non inuenitur , eorum uero generatio fit hoc modo.Cum uult concipere Vultur genitale uas ad Boreā aperit : & sic perstat diebus quinqꝫ,in quibus neqꝫ edit,neqꝫ bibit.& hoc modo fœtum concipit,sunt & alia genera Vulturum,quæ non ad uentum concipi unt,quorum generatio ouorum ad cibum,non etiā ad fœtum procreandum utilis est. Visum, quoniā inter cætera animalia acutius prospicit . in ortu em̄ Solis ad occasum respiciens,& in occasu ad ortum.ex longo interuallo prospicit quod edat. Terminum, quoniā futuro bello , locum terminat septem diebus præueniens. Præcognitionē,ob dictam causam.& quoniā ad eā partē respicit , in qua altera pars inferior futura est. inhians occidendorū maiori parti.Vnde solebant anti qui reges speculatores mittere,qui renunciarent,quam in partem uersi respicerent Vultures. Annum,quoniam trecētos sexaginta quincꝫ dies, quibus perficitur annus: diuidit haec auis hoc modo . Centum & uiginti b . dies

dies in terra manet, nec se unqz humo tollit: pullorum curam gerens, eosqz nutriendis ducentos & quadraginta seipsum curat, neqz nutriendis, neqz concipiendis. Tantum modo ad aliam conceptionem se præparans. quinqz re liquos dies, ut dictum in concipiēdo consumit. Misericordiam, quod per absurdum fortasse uideatur, cum animalium nulli hoc animal pareat, tamen ob hāc causam ita posuerunt, quoniam totis diebus centum, quos enutriendis pullis impartitur, ferè nunqz euolat. ac si quando cibus, quo fœtus enutriat defit: ne fame conficiantur uulnerato sibi fœmore, sanguinem suggéndum præbet. Palladem & Iunonem, quoniam uidetur Aegyptijs Pallas quidem superius cœli hemisperium sibi uendicasse, Iuno uero, inferius. Vnde & absurdum pūtāt cœlum masculino genere notari: cum generatio Solis & Lunæ, & reliquorum syderū fœmineo opere perficiatur. Et Vulturum genus, ut dictum est, est tantum fœmininum. ob quam causam huius sexus cæteris aibus Vulturem regem adscribunt: quo quidem Vulture, ne in longum protrahatur sermo, quancunqz deam designant. Matrem insuper significare uolentes Vulturem pingunt, est enim mater fœminei sexus. Duas autē dragmas picto Vulture notat, quoniam apud Aegyptios unitas sunt duæ dragmæ. Unitas autē principiū est omnis numeri, non immerito igitur duas dragmas significare uolentes Vulturem scribunt, cum & mater & principiū

& principium, quemadmodum unitas esse uideatur.

QVID ASTRVM SCRIBENTES SIGNIFICENT.

**D**eum significates, aut fatum, aut quinquenarium numerum, astrum pingunt. Deum quidem, quoniam diuina prouidentia omnis stellarum, ac totius mundi motus conficitur, uidetur enim sine Deo nihil penitus posse consistere. Fatum, quoniam constat ipsum ex stellarum motu. Quinquenarium uero numerum, quoniam cum sint plura in caelo astra ex eis quinq[ue] sola mota, totius mundi dispensationem conficiunt.

CYNOCEPHALVM SCRIBENTES  
QVID SIGNIFICENT.

**L**vnam uolentes significare, aut orbem terrarum, aut literas, aut iram, aut natationem Cynocephalum pingunt. Lunam quidem, quoniam hoc animal uarie afficitur ad cursum Lunæ. quādo enim Luna Soli iuncta nō apparet, tunc mas Cynocephalus neq[ue] uidet: neq[ue] comedit, tristis est autem oculos in terram deiectus, tanq[ue] Lunæ raptum lamentetur. Fœmina uero, præter q[ue] quod non uidet, & eodem modo quo mas afficitur fluxum sanguinis emittit ex naturalibus. Vnde in sacris & in hæc usq[ue] tempora nutriunt Cynocephalos, ut per eos pateat Solis & Lunæ coniunctio. Orbem terrarum, quoniam dicunt duo & septuaginta esse climata mundi, hos autem diligenter nutritos in sacris

cris accuratos nō mori, quemadmodum cætera anima-  
lia, uno die, uerum singulo quoq; die partem earū de-  
functam sepeliri à sacerdotibus, reliquo corpore adhuc  
pristinam naturam retinente. & sic deinceps fieri usque  
ad secundum supra septuagesimum diem, & tunc deni-  
q; totum mori. Literas, quoniam innatae sunt literæ  
Cynocephalis apud Aegyptios. Vnde cū primum ad-  
iectus est in templū, Cynocephalus apponit ei sacer-  
dos tabellam, stilum ac atramentum: periculum faciēs,  
an sit ex genere à literis non abhorrente & inscribit.  
Iram, quoniam animal hoc supra cætera animalia ira-  
cundum est. Natationem uero, quoniam reliqua ani-  
malia, si natationem frequentent sordida ac squalida  
fiunt: solus Cynocephalus quo uult enatat, nullis unq;  
fœdatus sordibus.

QVOMODO NOVAM LVNAM  
SIGNIFICENT.

**N**O quam Lunam scribere uolentes, iterum Cyno-  
cephalum pingunt, stantem, & pedes anteriores  
in cælum tollentem: habentemq; regale signum in capi-  
te. hac figura scribunt Cynocephalum, cum noua Lu-  
na appareat, tanq; deo gratias agat, quod Luna præter-  
aecta Solem, luceat & ipsa, nec lumen Solis impeditat.

QVOMODO AEQVINOCTIA  
SIGNIFICENT.

**A**Equinoctia, quæ bis in anno contingunt, signifi-  
care

care uolentes Cynocephalum sedentem pingūt. hic enim tempore æquinoctij per singulam horam duodecies in die mingit, hoc idem facit & noctu. Quia ex re non sine ratione in hydrologijs Cynocephalum sculpunt Aegyptij, & ex membro faciunt aquam defluere. quoniam, ut ante dictum est, duodecim horas mingendo significat: ne autem foramen per quod exit aqua in horologium, latius sit aut angustius (utruncq; enim rationē horarum impediret) extrema ipsius depilata cauda ad huius crassitudinem, ferream fistulā in hunc usum parant. atq; hoc placuit eis sic facere nō sine ratione. quemadmodum nec in alijs rebus. & quia etiam in æquinoctijs solus ex omnibus animalibus duodecies latrat in die per singulas horas.

QVOMODO ANIMVM, IRAM, AVT FVROREM SIGNIFICENT.

**A**Nimum, Iram, aut Furorem significare uolentes Leonem pingunt. caput magnum habet hoc animal, & oculorum pupillas ignitas. corpus rotundum, & pilos radijs similes ad imitationem Solis. Vnde & sub solio Solis Leonem pingunt, demonstrantes ipsius ad Solem similitudinem.

QVOMODO FORTITUDINEM.

**F**Ortitudinem significantes Leonis anterioris partes describunt, eo quod haec membra latiora habent at reliquo corpore.

Quomodo

## QVOMODO VIGILANTEM.

**V**Igilatēm aut custodem scribentes, caput Leonis pingunt. quoniam Leo, cum uigilat, habet oculos clausos. cū uero dormit, tenet reseratos: quod quidem uigiliæ signum est. Vnde non immerito ad sacrorum claustra apponunt Leones tanq; custodes.

## QVOMODO FORMIDOLOSVM HOMINEM.

**F**ormidolosum significātes, eodem utuntur signo. Cum sit hoc animal inter cetera fortissimum omnibus occurrentis timorem incutit.

## QVOMODO NILI INVNDATIONEM.

**N**ili inundationes significantes (uocant autem Nilū Num, quod lingua nostra idem est quod nūum) aliquando Leonem pingunt, aliquando tres hydrias. Leonem quidem, quoniam cum Sol intrat Leonem maximas inundationes facit. Tres uero hydrias & neq; plures, necq; pauciores, quoniam triplex causa inundationis assignatur. Una quidem ipsa Aegyptia terra, quæ aquam ex se generat. altera oceanum. refluīt enim oceanū inundationis tempore per Nilum. Tertia causa sunt Imbres, qui plurimi sunt per tempus inundationis ad partes Australes Aethiopiarū. Quod autem Aegyptus aquā generet potest hoc modo cognosci. in ceteris enim Climatibus mundi inundationes fiunt hiemali tempore ob continuos & immodicos imbr̄es, sola autem Aegyptus media in orbe terrarū, quē, admodum

admodum in oculo pupilla, æstate gignit sibi Nili inundationes.

QVOMODO AEGYPTVM SCRIBVNT.

**A** Egyptum scribentes, acerram ardensem pingunt, & desuper cor, indicantes quod quemadmodum cor Zelotypi continue uritur, sic & Aegyptus ob caliditatem continue, quæ illuc sunt animalia, procreat.

QVOMODO HOMINEM NON PERE GRE PROFICISCENTEM.

**H** Ominem non peregre proficiscentem significantes caput Asini pingunt, quoniam neq; historias audit, neq; eos qui peregrinati sunt, sentit.

QVOMODO TV TELLAM.

**T** Ut tellam scribentes, duo hominum capita pingunt maris unū intro aspiciens, alterum foeminæ, extra, sic enim dicunt nullum demonem posse inuadere, quo niā & sine literis, duobus capitibus seipso custodiunt.

QVOMODO EMBRIONEM, ID EST, IM PERFECTVM HOMINEM.

**E** Mbrionem significantes, Ranam pingunt, quoniam huius generatio ex fluminis limo perficitur. Vnde est uidere interdum semiperfectam Ranam, ex parte quidem animal, ex alia uero parte terrestre quidam, ita ut flumine deficiente, deficiat & ipsa.

QVOMODO ORATIONEM.

**O** Rationem scribentes, linguam pingunt, & uulne ratum

ratum oculū: primas partes sermonis linguae dantes, secundas oculis. sic enim perfectæ animæ oratio consistit cum ad ipsius motū conformatur. Aliter orationē significantes linguam pingunt, & subter manum, orationis primas attribuere uisi linguæ, secundas uero manui, tanq̄ linguae uolita perficiunt.

QVOMODO TACITURNITATEM.

**T**Aciturnitatem significantes, numerum scribunt, M. LXXXXV. qui numerus est annorum trium, cōstituto anno ex diebus CCCLXV. Intra quod tempus cum nō loquatur infans, significatur, & si linguam habuerit, illi tamen uocem defuisse.

QVOMODO PATENS QVID.

**P**Atens quid significare uolentes, Leporem pingūt, habet enim oculos hoc animal semper apertos.

QVOMODO VOCEM REMOTAM.

**V**Ocem remotam significare uolentes: quæ apud Aegyptios uocatur uæ, uocem aeris scribunt, id est, tonitruum: quo neque grauius quicquam sonat, neque uichenientius.

QVOMODO VOLVPTATEM.

**V**Oluptatem significantes XVI numerum scribunt. hinc enim incipiunt homines Veneri indulgere & generare.

**C**QVOMODO COITVM.

**C**oitum significantes numerum VI scribunt geminatum

minatum, quia enim filij sunt ex uoluptatibus, coitus uero ex geminis uoluptatibus maris scilicet & foeminae, propter hoc secundum numerum XVI adiungunt.

## QVOMODO ANTIQVAM.

## STIRPEM.

**A**ntiquam stirpem significare uolentes, papyrorum fasciculum pingunt. per hoc significates primos cibos. cibi enim aut nationis nullus principium inuenierit.

## QVOMODO GVSTVM.

**G**Vstum significare uolentes gutturis principium pingūt. omnis enim gustus ad hucusq; seruatur. dico autem perfectum gustum. gustum uero imperfectum cum uolunt significare linguam in dentibus pingunt. his enim omnis gustus perficitur.

## QVOMODO ANIMAM DIV IN

## VITA DVRANTEM.

**A**Nimam diu durantem, aut inundationem scribere uolentes, Phoenicem auē pingunt. Animā quidē, quoniam præ cæteris animalibus longissima est huic uita. Inundationē uero, quoniā signū est Solis Phœnix: quo nihil in toto mūdo maius est: ad omnes enim ascendit, omnes perscrutatur Sol.

## QVOMODO EVM QVI SERO A PE-

## REGRINATIONE REDEAT.

**E**Vm qui sero à peregrinatione redeat cum scribere

c 2 bere

bere uolunt, rursus Phœnicem auem pingunt. hæc enim post quingentesimum annum, cum iam est morti pro pingua, in Aegyptum remeat. ac si præueniat ante obitum curatur mystice ab Aegyptijs. & quæcumque alij sa cris animalibus tribuunt, hæc & Phœnicæ omnia debetur. gaudet enim Sole maxima Phœnix, in Aegypto præcipue, utpote illuc uchemeti. Vnde & illius calore dicitur inundare Nilum.

#### QVOMODO COR.

**C**or cum uolunt indicare, Ibidem pingunt. est enim hoc animal Mercurio dicatum, omnis cordis & rationis dominus. & Ibis ipsa maius quam pro magnitudine corporis cor habet. de qua sermo est plurimus apud Aegyptios.

#### QVOMODO PERITIAM.

**P**eritiam indicantes cælū pingunt rore pluens, quoniam quemadmodum ros in omneis plantas decidentis mollit eas, quæ habent huiuscmodi naturam, ut moliri queant. alias uero nequaquam, quæ suapte natura duræ sunt. sic & peritia omnibus hominibus se praebet: ac eam ingeniosi tanquam rorem imbibunt, obtutis uero hoc facere non possunt.

#### QVOMODO AEGYPTIACAS LITERAS

**A**Egyptiacas literas scribentes, aut sacrum scriptorem, aut finem, atramentum & cribrum & iuncum pingunt. Literas quidem eo quia omnia apud Aegyptios

ptios scripta his perficiuntur. Iunco enim scribunt, non alia re. appingunt autem cibrum, quoniam hoc primū instrumentum ad conficiendum panem ex Iunco sit. Indicant enim omnem, qui uictum habeat, literis operam daturum, qui uero non habeat diuersæ arti uacaturū. Vnde apud ipsos peritia Sbo uocatur, quod interpretatur cibi plenum. Sacerdotem, siue sacrum scriptorem, quoniam hic necem & uitam dñjudicat. est em apud sacerdotes liber, qui uocat̄ sacra ambris. per quē indicat de ægroto, uicturus sit an moriturus. Fine aut, quoniā qui literas didicit, trāquillū uitæ cursum asselitus est, liberatus oīibus humanæ uitæ calamitatibus.

## QVOMODO ITERVM SACRVM SCRIBAM.

**S**cribam iterum significare uolentes, aut Prophetā, aut splenem, aut odoratum, aut risum, aut sternutationem, canem pingunt. Scribam quidem, quoniā eum qui debeat esse perfectus scriba, oportet multa meditari, adlatrare omnes quodammodo, agrestem esse, nemini gratificari: quemadmodū nec canes. Prophetam, quoniā præ cæteris animalibus admiratur canis. & obtutu firmo intuetur simulacula deorum. quemadmodū Prophetā. Splenem, quoniā leuissimū splenē canis habet. & ex eo mors est illi & rabies aliquādo. Et ministri canem curantes, cum est moriturus, ut plurimum splenetici fiūt. Odoratum uero, risum & sternutationē, quoniā qui planè sunt splenetici, neq; odore rare,

rare, neq; ridere, neq; sternutare possunt.

QVOMODO HOMINEM QVI  
SIT MAGISTRATVS.

**M**Agistratū scribentes, iterum canē pingūt. cui ad/dūt regiā stolam nudæ figuræ appositā, quoniā quēadmodum canis, ut ante dictum est, in deorū simu/lacra intētis oculis prospicit. sic & magistratus antiquis temporibus in nudum regem prospiciebant. cuius gratia uendicant sibi regiam stolam.

QVOMODO SACRVM PALLIVM FERENTEM.

**S**Acrum pallium ferētem cum uolunt significare do/mus custodem pingunt, eo quod custodiatur ab il-lo pallium, quemadmodum à custode domus.

QVOMODO HOROSCOPVM, ID EST, EVM  
QVI COMPVTAT HORAS.

**H**Oroscopū significare uolentes, hominē pingunt, horas comedētē: nō q; horas comedat homo. hoc em̄ impossibile est: sed q; in horas homines cibū parēt.

QVOMODO IGNORANTIAM.

**I**Gnorantium scribentes ignem & aquā pingunt, eo quod his duobus elementis omnis corruptio fiat.

QVOMODO SCELESTVM HOMINEM,

AVT ODIVM.

**S**Celestum autem & odium significātes, pīscem pingunt, eo quod huius usus execretur & interdicatur in sacris. destruit enim quocunq; reperit omnis pīscis.

nec suo

nec suo quidem generi parcit.

QVOMODO OS.

**O**S scribentes Anguem pingūt. Anguis enim nullo alio membro pollet praterq; ore.

QVOMODO VIRVM FORTEM ET  
TEMPERATVM.

**V**IŪ fortē eundēq; temperatū significare uolētes. Taurū integræ ualetudinis pingūt. habet em hoc animal mēbrū calidissimū, adeo ut uaccæ iunctus sine ullo motu semē emittat. Quod si quādo à naturali loco deuiet, & in aliā corporis partē membrū intēdat uulnē rat uaccā pr̄potenti illius intensione, sed & temperās est. nam post conceptum uaccæ nunq; cum illa coit.

QVOMODO AVDITVM.

**A**Vditū scribentes, tauri auriculā pingunt. bos em postq; concipere appetit (appetit autē nō lōgiori tēpore q; tribus horis) tūc mugit q; maxime potest. in quibus si nō taurus adcurrat, naturā claudit usq; ad aliud determinatū tēpus. hoc autē raro accidit. audit enim taurus etiā si lōgius absit: & intelligēs eā appetere accurrit ad coitum, faciens hoc solus ex cæteris animalibus.

QVOMODO FOECUNDVM PENEM.

**P**Enem fœcundum significantes hircum pingunt. nō autem taurum, nam hic post annum integrum tantum coire incipit. Hircus uero post septimum diem ab ortu coit. & quanquām inualidum & sterile semen.

semen emittit, coit tamen citius cæteris animalibus.

QVOMODO PECCATVM.

**P**Eccatum significantes, Orygem animal pingunt, quoniam apparente Luna, si ad eam respiciat, clancorem emittit, neq; adorans eam, neq; benedicens. huius autem rei signum manifestissimum est. prioribus enim pedibus effodiens terram, caput abscondit, tanq; ægre ferat, ac nolit aspicere Lunæ ortum, hoc idem facit oriente Sole. Quamobrem antiqui reges horoscopo ortum sibi nunciante, animali huic assidentes, per hoc mediū tanq; gnomonem quendam exacte de ortu perquirerant. Et sacerdotes hūc solum ex uolatilibus comedunt, quoniam inimicitiam quādam in deam exercere uidetur. nam si in solitudine aliqua naētus sit fontem, postquam biberit aquam turbat, ac puluerem, aut lutū pedestibus immittit. Et hoc facit ea de causa, ut inutilis fiat aqua cæteris animalibus. adeo scelestæ & odiosa putat Orygis natura. hoc enim impie facit cū ipsa dea omnia generet: omnia nobis quæ toto mundo utilia adaugeat.

QVOMODO INTERITVM.

**I**Nteritum significantes Murem pingunt. hic enim omnia degustans coinquinat, ac inutilia reddit. eodem signo utuntur, cum iudicium significare uolūt, pane enim multo ac diuersi generis simul posito, optimū quenq; feligens comedit. Vnde & optimi panis iudicium in Muribus esse putatur.

Quomodo

## QVOMODO IMPUDENTIAM.

**I**Mpudentiam significantes, Muscam pingunt. ea nā  
qz abacta continua nihilominus redit.

## QVOMODO NOTITIAM.

**N**Otitiam cum uolunt significare, Formicam pin-  
gunt. nouit enim hæc tutas sibi parare latebras.  
ad hæc præter morem cæterorum animalium in hy-  
mem sibi cibum parans non deuiat à suis latebris, uerū  
rectâ ad ipsas pergit.

## QVOMODO FILIVM.

**F**Ilium scribere uolentes, Chinalopiam pingunt. est  
enim hoc animal maxime pullorum amans. Et si  
quando insequatur se uenator, & una pullos, sponte ue-  
natoris præda fit. si modo possit sic faciens seruare pul-  
los. quam ob causam uisum est Aegyptijs id animal fi-  
lio comparare.

## QVOMODO DEMENTEM.

**P**elicanum auem marinam pingentes, demētem si-  
gnificat. hæc enim auis cum possit in altioribus lo-  
cis, quemadmodum cætera uolatilia, deponere, hoc nō  
facit, uerum humo defossa in scrobe oua parit. Quod  
scientes aucupes locum bouis stercore circumlinunt, ac  
ignem supponunt. Pelicanus autem uiso fumo, uolens  
suis alis ignem extinguere, non modo non extinguit,  
sed potius illarum uentilatione exfuscat. Vnde com-  
bustis alis, facile fit aucupum præda, quam ob rem cū  
d filiorum

**F**iliorū causa periditēt̄, nefas est sacerdotes uesci Pelicano . Ex Aegyptijs tamē multi comedūt, putātes illū nō iudicio, uerū natura & in filios pietate subire discrimē.

QVOMODO GRATITUDINEM.

**G** Ratitudinem scribentes , Cucupham auem pīngunt.sola euim hæc cæterorum animalium parentibus iam senio cōfectis gratiam refert.in quo enim loco ab eis nutrita est,in eo loco nīdum illis conficit,ac pēnas uellit,cibū mīq; sufficit , quousq; renatis pennis perse ipsos iam parentes cibum parare possunt:unde dīui na sceptrā Cucupha insigniunt.

QVOMODO INVSTVM ET INGRATVM.

**I**n iustum & ingratum significantes , ungues geminos Hippopotami curuatos pīngunt. hic enim cum adoleuerit periculum facit , an iam patre fortior euaserit,& si quidem pater cedit, locum illi īpartitur ac permittit uiuere.pro patre uero matris connubia appetit: si uero non assentiatur pater eum coīre cum matre, interimit ipse patrem,iam superior uiribus . sic enim scribunt geminos Hippopotami ungues curuatos admīdū:quod cū homines uident, & qua ratione id facit cognoscunt,proniores fiunt ad beneficia conferenda.

QVOMODO ITERVM INGRATOS ERGA PROMERITOS.

**I**ngratos erga promeritos significantes, columbam pīngunt. mas enim ualentior factus, patrem suum expellit,

expellit, ac ipse cum matre coit. purum autem hoc animal esse uidetur. etenim orta peste, & hac infectis omnibus soli columbas edentes illæsi perdurant. quā ob causam tali tempore nihil aliud regi in prandio præter columbas apponunt. hoc idem cōtingere dicunt deorum ministris. scribitur etiam bilem hoc animal nō habere.

## QVOMODO IMPOSSIBILE.

**R**Em quæ fieri nequeat significantes hominis pedes scribunt deambulantes in aqua. Aliter, hominem deambulantem sine capite. impossibile utrūq;. unde non absq; ratione id in eum usum assumunt.

## QVOMODO REGEM PESSIMVM.

**R**Egem pessimum significantes Anguem pingunt ad mundi figuram. cuius extremā caudam ori coniungunt. nomen uero regis ponūt in media plicatione. putantes per id intelligi dare regem totius dominū. nomen autem Anguis est apud Aegyptios Mesi.

## QVOMODO REGEM CVSTODEM.

**A**LITER regem custodē significantes Anguem quidem pingunt uigilantem. uerū pro regis nomine custodē ponunt. hic enim custos est totius mūdi, operat autem regem præcipue esse uigilantem.

## QVOMODO REGEM VICTOREM.

**R**Egem mundi domitorem significantes, adhuc Anguem pingunt. & in medio ipsius maximam domum.

d Quomodo

QVOMODO POPVLVM REGI  
OBSEQVENTEM.

**P**Opulum regi obsequentem significates, Apes pingunt. solum enim hoc ex animalibus regem habet quem reliqua apium multitudo consequitur, ac illi pareret, quemadmodum regi homines.

QVOMODO REGEM IN PARTE  
DOMINANTEM.

**R**Egem non totius dominum, uerum in parte dominantem significare uolentes, dimidiatum serpentem pingunt. per animal regem significates. Quod uero dimidiatum pinxerint, non totius imperatorem intelligi dant.

QVOMODO OMNIVM VICTOREM.

**O**MNIUM uictorem cum uolunt significare adhuc integrum serpentem pingunt.

QVOMODO FVLLOREM.

\* **F**Vlonem scribentes geminos hominis pedes in aqua pingunt. hoc enim à Mercurij similitudine indicant.

QVOMODO RAPACEM, AVT FOECVN  
DVM, AVT INSANVM.

**R**Apacem, aut foecundum, aut insanum significare uolentes Crocodilum pingunt. est enim foecundum animal Crocodilus. & si quando à petita rapina prohibeatur in seipsum iratus furit.

Quomodo

QVOMODO ORTVM.

**O**Rtum significātes geminos oculos Crocodili pīn  
gunt. huīus enim oculi maxime lucent.

QVOMODO OCCASVM.

**O**Ccasum indicantes Crocodilū inclinatū pingunt  
est enim hoc animal rotūdū, & promiscue parit.

QVOMODO ADVMBRANT

TENEBRAS.

**T**Enebras indicantes caudā Crocodili pingunt. nō  
enim prius uincit, & ad internitionem redigit ani-  
mal quod petit, quā cauda uerberatum impotens redi-  
diderit. in hoc em̄ præcipue membro est fortitudo Cro-  
codilo. cum sint autem alia signa in Crocodili natura.  
hæc in primo libro dicta sufficient.

F I N I S P R I

M I L I /

B R I .

d ; Ori

# ÆT ORI APOLLINIS

NILIA CI DE NOTIS HIEROGLYPICIS  
LIBER SECUNDVS BERNARDINO  
TREBATIO VICENTINO  
INTERPRETE.



**N** secundo tractatu reliquorum tibi ueram rationem tradam, quæ autem nec in alijs exemplaribus ullâ habent rationem ea primû subiunxi.

**QVID SIGNIFICENT CVM STELLAM SCRIBVNT.**

**S**tellam scribentes aliquando deum significant: aliquid noctem, aliquando tempus: aliquando animam hominis masculi.

**QVID CVM PEDES HOMINIS PARES ET FIRMATOS.**

**H**ominis pedes pares & firmati Solis cursum significant in hyemali tropico.

**QVID CVM HOMINIS COR GUTTVI APPENSVM.**

**C**or hominis gutturi appensum, boni viri buccam designat.

**QVID CVM DIGITVM SCRIBVNT.**

**Hominis**

**H**ominis stomachum significat digitus.  
QVIDCVM PENEM MA  
NV COMPRESSVM.

**P**Enis manu compressus, hominis temperantiam  
significat.

QVOMODO MOREVM SIGNIFICANT.

**P**Apaueris flores hominis morbum significant.  
QVOMODO ILE HOMINIS.

**I**Le hominis cum uolunt significare, os pingūt, quod  
spinam dicunt. putant enim aliqui, sperma inde  
ferri.

QVOMODO FIRMITUDINEM.  
ET SECVRITATEM.

**C**oturnicis os pictum, firmitudinem & securita-  
tem significat. etenim non temere patitur huius  
animalis os.

QVOMODO CONCORDIAM.

**D**uo homines insignia magistratus induiti, concor-  
diam significant.

**A**rmatus uir, & sagittans, turbationem significat.

**H**ominis dīgitus, commensurationem notat.

QVOMODO DESPONSATAM

**C**orpus solare bipartitum cum astro, despōsatam  
mulierem

mulierem designat.

QVOMODO VENTOS.

**E**Leuata Aquila in ortum tendens, uentos significat.aliter in aere Aquila alas extendens, uentos notat.

**F** QVOMODO IGNEM.

**V**mus in cælum ascendens, ignem designat.

**M** QVOMODO OPVS.

**A**rīs cornu pictum, opus significat.

**F** QVOMODO VLTIONEM.

**O**eminæ uero cornu pictum, ultionē significat.

QVOMODO IMPIVM.

**I** Mago dimidiata tantum umbilicotenus hominem ostendens, cum gladio, impium significat.

**E** QVOMODO VER.

**Q**uius fluuialis, Ver significat.

QVOMODO LONGAEVVM.

**L** Ongæuum significantes, Ceruum pingunt, singulo quoq; anno cornua germinat ceruus.

**L** QVOMODO AVERSIONEM.

**E**pus aut canis auersus, auersionem significant.

QVOMODO CAEDEM AVT SANGVINEM.

**C** Rocodili uespa uolans, Crocodili nocivum sanguinem significat, aut cædem.

**N** QVOMODO MORTEM.

**Y**citorax mortem significat, noctu enim de im prouiso

prouiso aggreditur pullos, quemadmodum de im-  
prouiso mors superuenit.

**L** QVOMODO AMOREM.  
Aqueus amorem significat.

QVOMODO ANTIQVISSIMVM.

**O** Rationes, folia, & signatus liber, antiquissimum  
designat.

**S** QVOMODO OBSIDIONEM.  
Cala, obsidionem significat ob acclivitatem

QVOMODO RVDEM, AVT MV-  
SAM, AVT PARCAM.

**S** Eptem elementa in duobus digitis contenta, mu-  
sam, aut rudem, aut parcam significant.

QVID LINEA LINEAE SVPER  
IMPOSITA SIGNIFICET.

**L** Inea linea superimposita, lineas decem planas si-  
gnificat.

QVID SIGNIFICENT HIRVN/  
DINEM PINGENTES.

**P**Atrimonium magnum relictum filijs significare  
uolentes, hirundinem pingunt, haec enim moritu-  
ra seipsum in luto peruoluit, ac pullis latebras parat.

QVID SIGNIFICET CO/  
LVMBA NIGRA.

**M**Vlierem uiduam, & sic permanentem usq; ad  
mortem cum uolunt significare, columbam ni-  
e gram

gram pingunt. hæc enim post maris interitum semper sola dedit.

QVID SIGNIFICET  
ICHNEUMON.

**V**irum debilem, & qui aliorum auxilio egeat, significare uolentes, Ichneumonem pingunt. hic enim si anguem inimicum uideat, non statim aggreditur, sed prius uocatis alijs ex sua specie, sic firmior præsidio, anxi fit obuiam.

QVID SIGNIFICENT  
ORIGANO.

**F**ormicarum defectum cum uolunt significare, originum pingunt. abeunt enim formicæ herba hac posita in loco quâ transeunt.

QVID SCORPIONE ET  
CROCODILO.

**I**nimum inimico congressum significare uolentes, scorpionem & crocodilum pingunt. hi enim mutuo se interimunt. si autem alterum uictorem significant, qui uidelicet inimum suum sustulerit, crocodilum pingunt, aut scorpionem. & si quidem eum qui propere occiderit, crocodilum pingunt. si uero eum qui tarde, scorpionem. est enim tardi incessus scorpio.

QVID M V STELLA  
SIGNIFICENT.

**M**uierem uiraginem cum uolunt significare, mustellam

stellam pingunt. hæc enim habet maris testiculum tanquam ossiculum.

## QVID PORCO.

**H**ominē perniciosum cum uolunt significare, porcum pingunt. talis est enim porci natura.

## QVOMODO IRAM

## IMMENSAM.

**I**ram immensam adeo ut irato febreū incutiat uolentes significare, leonem pingunt catulos suos cauda flagellantem. & leonem quidem, ob iram, catulos uero, flagellatos, quoniam horum ossa inter se collisa, ignem emittunt.

## QVOMODO SENEM MUSICVM.

**M**usicum senem cum uolunt significare, cygnum pingunt, hic enim senescens canit cę suauissime.

## QVOMODO VIRVM COEVNT

## TEM CVM VXORE.

**V**irum coeuntem cum uxore cum uolunt significare, geminas cornices pingunt, hæc enim coeunt eodem modo quo homines.

## QVID SIGNIFICENT CANTHARVM

## CAECVM SCRIBENTES.

**H**ominem qui solis ardore ualetudinem contraxerit, & ob eam causam decesserit cum uolunt significare, cantharum cæcum pingunt, hic enim radijs solibus obcæcatus deficit.

e 2 Quid

QVID MVL A SIGNIFICENT.

**M**Vlierem sterilem cum uolunt significare mulam pingunt. hæc enim ideo est sterilis, quia matrem habet obliquam.

QVOMODO MVLIEREM SIGNIFICENT,

QVAE INFANTEM FOEMI-

NAM PEPERERIT.

**M**Vlierem quæ infantem foeminam pepererit significare uolentes, taurum pingunt in sinistram partem respiciente. si uero marem, taurum iterum pingunt ad dextram conuersum. Taurus enim post coitum si ad sinistram descendat foeminam generasse creditur. si uero ad dextram, marem.

QVOMODO VESPAS

SIGNIFICENT.

**V**Espas cum uolunt significare, equi cadauer pingunt. ex huiusmodi enim cadauere plurimæ uestigæ generantur.

QVOMODO MVLIEREM QVAE

ABORTIVVM FECERIT.

**M**Vlierem quæ abortiuum fecerit cum uolunt significare, equam scribunt quæ lupum presserit. Equa enim abortiuum facit non modo si lupum calcarerit, sed etiam si ipsius uestigia attigerit.

QVOMODO HOMINEM SEIPSVM CVRANTEM EX ORACVLI RESPONSO.

Hominem

**H**ominem ex oraculi responso seipsum curantem cum uolunt significare, picam pingunt lauri folium ore tenentem. hæc enim cum ægrotat est, lauri folium in nidum immittit, & ita conualescit.

QVOMODO MVLTOS CVLICES.

**M**ultos culices prouenientes cum uolunt significa re, uermes pingunt. ex his em generant culices.

QVOMODO HOMINEM NON HABENT PER SE BILEM, SED AB ALIO COMMOTVM.

**H**ominem non habentem naturaliter bilem, uerum ab alio commotum cum uolunt significare, columbam pingunt arresta posteriora habentem. in illis enim bilem habet.

QVOMODO HOMINEM TUTE VRBEM HABITANTEM.

**H**ominem tute urbem habitantem significare uolentes, aquilam lapidem portantem pingunt. illa enim lapidem unguibus eleuatum portat in suum nidum, ut illo depressus nidus firmiter maneatur.

QVOMODO HOMINEM DEBILEM

QVI ALIO INSEQVEN

TE AVFVGIAV.

**H**ominem uiribus imbecillem, qui in sequentem aufugiat significare uolentes, otidem auem & equum pingunt. euolat enim illa uiso equo.

e 3 Quomodo

QVOMODO HOMINEM AD PROPRIVM  
PATRONVM CONFVGIENTEM,  
NEQVE ADIVTVM.

**H**ominem ad proprium patronum confugientem,  
neqz adiutum cum uolunt significare, passerem &  
noctuam pingunt. passer enim aucupem fugiens, ad  
noctuam procurrit. apud quam æque tamen laborat.

QVOMODO HOMINEM DEBILEM,  
AVFV GIENTEM TAMEN.

**H**ominem imbecillem aufugientem tamē cum uo/  
lunt significare, uespertilionē pingunt. uespertilio  
enim quius non habeat pennas, euolat tamen.

QVOMODO MVLIEREM LACTANTEM,  
ET BENE NVTRIENTEM.

**M**vlierem lactantem & bene nutrientem signifi-  
care uolentes, <sup>†</sup>turturē pingunt, ea enim ex uola-  
tilibus sola dentes & mammas habet.

QVOMODO HOMINEM SALTA-  
TIONE GAVDENTEM.

**H**ominem saltatione gaudentem & tibijs cum uo/  
lunt significare, turturem pingunt. capitur enim  
hæc ad tibias & saltationem.

QVOMODO HOMINEM MYSTICVM.

**H**ominem mysticum significare uolentes, cicadam  
pingunt. hæc emi non ex ore obstrebit, uerum per  
scapulas sonum emittens ædit dulce carmen.

Quomodo

QVOMODO REGEM SOLITA  
RIVM NEQVE ERRATA  
MISERANTEM.

**R**Egem solitarium & qui lapsis nulla errata condonat cum uolunt significare aquilam pingunt. hæc enim in locis solitarijs nidum habet, & altius q̄ cætera uolatilia uolat.

QVOMODO INSTAVRATIO/  
NEM DIVTVRNAM.

**I**Nstauratiōē diuturnam significare uolentes, phœnicem auem pingunt. quando enim hæc nascitur, in instauratio fit rerū. nascitur autē hoc modo. cum moritura est phœnix, proiecit seipsum ad terrā. & ex projectiōni impetu, uulnus accipit. ac ex crux de illo uulnere nascitur alia phœnix. hæc autem postq̄ pennæ concreuerint unā cum matre in Solis urbem, quæ urbs est in Aegypto, proficiscitur. illīc autē mater moritur statim ad ortum solis. post cuius interitū redit pullus in propriam patriam, unde digressi fuerant. Sacerdotes autē Aegypti defunctam sepeliunt.

QVOMODO PARENTIS  
AMATOREM.

**P**Arentis amatorem significare uolentes, ciconiam pingunt. hæc enim à parentibus enutrita non separatur ab illis, uerum ad ultimam usq; senectutem permanens parentibus uictum sufficit.

Quomodo

ORI APOLLINIS NILIACI  
**QVOMODO MULIEREM QVAE  
 VIRVM ODERIT.**

**M**ulierem quæ virum oderit, ac insidias illius uitæ tendat, & in coitu tantum adulantem cum uolunt demonstrare, uiperam pingunt, ipsa enim in coitu mari iuncta os in os inferit, post coitum uero interimit, illius caput morsu amputans.

**QVOMODO FILIOS MATRI INSIDIANTES.**

**F**ilios matri insidiantes cum uolunt significare, uiperam pingunt, haec enim non ex naturali loco quemadmodum cætera animalia, uerum parentis utero rupto, sic in lucem prodit.

**QVOMODO HOMINEM IN ACCUSATIONE CONVICIIS CONFECTVM AC LANGVENTEM.**

**H**ominem in accusatione conuicijs affectum aclarquentem significare uolentes, basiliscum pingunt, ille enim uicinos sibi serpentes solo sibilo interimit.

**QVOMODO HOMINEM IGNE COMBUSTVM.**

**H**ominem igne combustum significare uolentes, salamandram pingunt, ipsa enim utroq; capite interimit.

**Quomodo**

QVOMODO HOMINEM

CAECVM.

**H**ominem cæcum significare uolentes, talpam pîn  
gunt. hæc enim neq; oculos habet, neq; aliter uidet.

QVOMODO HOMINEM EXTRA

DOMVM SE CON-

TINENTEM.

**H**ominem extra domum se continentem cum uo-  
lunt significare, formicam & pennam uespertilio-  
nis pingunt. huius enim alis ad nîdum repertis, formi-  
ca non ingreditur.

QVOMODO HOMINEM SIBI IPSI

DAMNA DANTEM.

**H**ominem sibi ipsi damna inferentem cum uolunt  
indicare, castorem pingunt. hic enim uenatoribus  
insequentibus testiculos suos demordens, abiectos re-  
linquit.

QVOMODO PATREM QVI INVIT

TVS FILIO HAEREDITA-

TEM RELIQVERIT.

**P**Atrem qui inuiso filio haereditatē reliquerit signi-  
ficare uolentes, simiam cum alia parua simia inse-  
quenti pingunt. parit enim simia geminos. ex quibus  
unum diligit admodum, alterum uero odit. quem igi-  
tur amat, ore gestans interimit. quem uero odit, post  
se habet. ac illum reliquum nutrit.

f Quomodo

QVOMODO HOMINEM SVVM DE-  
DECVS OCCVLANTEM.

**H**ominem suum dedecus occultantē, cum uolunt significare, simiam pingunt. hæc enim cum urinat, urinam suam occulit.

QVOMODO HOMINEM ACVTI AVDITVS.

**H**ominem acutī auditus significare uolentes, capram pingunt. hæc enim & auribus, & quadam parte gutturis audit.

QVOMODO INSTABILEM.

**I**nstablem aliquē, neq; in eodem statu permanenter, uerum modo fortē & audacē, modo imbecillum & timidū, cum uolunt significare, hyænam serpentē pingunt. hæc enim modo mas, modo fœmina fit.

QVOMODO SVPERIOREM AB.

INFERIORE VICTVM.

**S**vperiorem ab inferiore uictum significare uolentes, duas pelles pingunt. hyænæ unam, alterā pardii. hæc enim pelles si simul ponantur, pardii quidem pilos abiicit, hyænæ uero, non.

QVOMODO HOMINEM QVI INI-  
MICVM SVVM VICERIT.

**H**ominem qui inimicum suum uicerit significare uolentes, hyænam ad dextram conuersam pingunt. uictum autem indicantes, rursus hyænam ad sinistram conuersam pingunt. ipsa enim inimico inseguente,

quente, si ad dextram partem se cōuertat, interimit ini-  
micum, si uero ad sinistram, interimitur ipsa.

QVOMODO HOMINEM INIECTAS SIBI  
DIFFICVLATES INTREPI/  
DE FERENTEM.

**H**ominem iniectas sibi difficultates ad mortem  
husq; intrepide ferentē significare uolentes, hyænæ  
pellem pingunt. si quis enim hyænæ pelle succinctus,  
medios feratur in hostes à nullo læditur, & intrepide  
præterit.

QVOMODO HOMINEM INIMICVM  
SVVM PRAEVENIENTEM.

**H**ominem inimicum suum præuenientem, ac mi-  
nimo damno se à periculis eximentem cum uo-  
lunt significare, lupum pingunt extrema amputata cau-  
da. hic enim cum iam sit à uenatoribus indagandus, pi-  
los abiicit, & extremum caudæ.

QVOMODO HOMINEM PERI-  
CVLA EX OCCVLTO  
TIMENTEM.

**H**ominem ex occulto pericula timentem signifi-  
care uolentes, lupum & lapidem pingunt. lupus  
enim neq; ferrum timet, neq; hastam, sed tantum lapi-  
dem. deniq; si quis lapidem proiectat, hoc uerum peri-  
culo comprobabit. & ex projectu lapidis uulnere facto  
gignuntur lupo uermes.

f. 2 Quomodo

## QVOMODO HOMINEM IGNE

CASTIGATVM.

**H**ominem igne castigatum, & hoc indicare uolentem, cum uolunt significare, leonem & faces pingunt. nihil enim magis timet leo, q̄ faces ardētes. neq; ulla alia re æque ac his domari creditur.

## QVOMODO HOMINEM AEGROTVM

AC SEIPSVM CVRANTEM.

**H**ominem ægrotum ac seipsum curantē cum uolunt significare, leonem pingunt simiam uorantem. hic enim si febricitet, uorata simia conualescit.

## QVOMODO HOMINEM NOVISSIMA

CALAMITATE CASTIGATVM.

**H**ominem nouissima calamitate castigatum significare uolentes, taurum pingunt caprificio illigatum. hic enim cum mugit si de caprificio ligetur, redditur mansuetus.

## QVOMODO HOMINEM DVBLIAE

TEMPERANTIAE.

**H**ominem dubiæ & instabilis temperantiae significare uolentes, taurum pingunt genu dextrum ligatum. sic enim non coit: assumitur autem taurus semper ad temperantium significandam. quippe qui post conceptum, foeminam non adeat.

## QVOMODO HOMINEM OVES ET

CAPRAS PERDENTEM.

Hominem

**H**ominem oues & capras perdentē significare uolentes, animalia ipsa pingunt Conizam pascētia. hæc enim Conizam edentia moriuntur siti enecta.

QVOMODO HOMINEM

COMEDENTEM:

**H**ominem comedentem significare uolentes, Crocodilum pingunt os apertum habentem.

QVOMODO HOMINEM RAPA-

CEM ET PIGRVM.

**H**ominē rapacem & pigrum significare uolentes, Crocodilum pingunt cum Ibidis penna in capite. hunc enim si Ibidis penna tangas, immobilem reddes.

QVOMODO MULIEREM SEMEL

TANTVM ENIXAM.

**M**ulierem, quæ semel tantum peperit cum uolunt significare, leænam pingunt. hæc enim non concipit secundo.

QVOMODO HOMINEM NA-

TUM DEFORMEM.

**H**ominē primo deformem natum, qui postea formosus euaserit significare uolentes, ursam prægnantem pingunt. hæc enim cōuersum sanguinem ac duratum parit. Postea fotum digerit in suas partes, ac lingua lingens perficit.

QVOMODO HOMINEM FORTEM ET CONDVCENTIVM INDAGATOREM.

f. 3 Fortem

**F**Ortem hominem ac utilium indagatorem signifi/  
care uolentes, elephantem pingunt cum proboscis/  
de. hac enim ille olfacit, ac intercidentia consequitur.

QVOMODO REGEM FUGIEN/  
TEM INSPIENTIAM.

**R**Egem insipientiam fugientem significare uolen-  
tes, ceruum & arietem pingunt. fugit enim ceruus  
cum arietem uidet.

QVOMODO REGEM NVGA-  
TOREM FUGIENTEM.

**R**Egem, hominem multarum nugarum, fugientem  
cum uolunt significare, elephantem pingunt cum  
sue. fugit enim elephas audita uoce suis.

QVOMODO HOMINEM CELEREM  
QVIDEM IN CVRSV,  
SED SINE CAVSA  
FUGIENTEM.

**H**ominem celerem in cursu, uerum sine causa fu-  
gientem significare uolentes, ceruum & uiperam  
pingunt. fugit enim ceruus uisa uipera.

QVOMODO HOMINEM DE SVA SE/  
PVLTURA SOLICITVM.

**H**ominem de sua ipsius sepultura curam habente  
significare uolentes, ceruum pingunt suos ipsius  
dentes infodientem. sepelit enim ceruus, qui sibi excide-  
runt dentes.

Quomodo

QVOMODO HOMINEM QVI  
AD IVSTAM AETA/  
TEM VIXERIT.

**H**ominem qui ad legitimam ætatem uixerit signifi-  
care uolentes, cornicem pingunt. uiuit enim hæc  
centū ægyptiacos annos. annus autē apud Aegyptios  
est quatuor annorum.

QVOMODO HOMINEM MALITIAM  
SVAM TEGENTEM.

**H**ominem malitiam suam tegentem, nec ab alijs co-  
gnosci promittentem, cum uolunt significare, par-  
dum pingunt. uenatur enim pardus & insequitur cæte/  
ra animalia ex occulto ac singulatim. nec perniciatem  
suam cognosci sinit, ut minus caueant ab eo animalia,  
quæ insequitur ad pastum.

QVOMODO HOMINEM ADVLA-  
TIONE DECEPTVM.

**H**ominem adulacione deceptum significare uolen-  
tes, ceruum pingunt cum tibicine. demulces enim  
ceruus cantus modulamine. ac sic quodammodo obli-  
ctus sui capitur.

QVOMODO PRAECOGNITIONEM  
ABUNDANTIS VINDEMIAE.

**P**räognitionem abundantis vindemiarum signifi-  
care uolentes. Vpupam pingunt. ipsa enim si canat  
anteq[ue] uites germinent, futura uini copia significatur.

Quomodo

QVOMODO HOMINEM CVI VVAE  
PASTVS NOCOVERIT.

**H**ominem cui comesta uua nocuerit , & qui ob id  
seipsum curet significare uolentes, Vpupam pingunt,  
& Adiantum herbam . Vpupa enim uua pasta  
laesa,inuentū adiantum in os immittit, ac sic cōualescit.

QVOMODO HOMINEM CAVEN  
TEM SIBI AB INIMICO-  
RVM INSIDIIS.

**H**ominem sibi cauentem ab inimicorum insidij  
cum uolunt significare, gruem uigilantē pingunt.  
grues enim seipsas custodiunt tota nocte per uices ui-  
gilias facientes.

QVOMODO PEDICATIONEM.  
**P**Educationem significare uolentes , geminos mares  
ex perdicibus pingunt . illi enim amissis fœminis  
inuicem coeunt.QVOMODO SENEM INEDIA  
ENECTVM.

**S**Enem inedia enectum significare uolentes , aqui-  
lam pingunt cum curuato rostro . illi enim senescen-  
ti incuruatur rostrum , & ea de causa inedia absumitur.

QVOMODO HOMINEM INQUIETVM  
SEMPER ET IRACUNDVM.

**H**ominem inquietū semper & iracundum , ac nec  
quidem dum comedit quiescentem , cum uolunt  
significare,

significare cornicem cum pullis pingunt. Cornix enim dum pullos pascit, semper est in cursu.

QVOMODO HOMINEM CAELESTIVM GNARVM.

**H**ominem caelestium gnarum significare uolentes, gruem uolantem pingunt. hæc enim ita alte uolat, ut nubes uideat & tangat.

QVOMODO HOMINEM ALIENANTEM PROPRIOS LIBEROS OB PAUPERTATEM.

**H**ominem alienantem proprios liberos ob paupertatem cum uolunt significare, aquilam prægnantem pingunt. illa enim parit tria oua, ex quibus eligit unum, duo reliqua frangit. hoc autem facit, quia tunc temporis unguis mutat. & hac de causa non potest tres eodem tempore pullos alere.

QVOMODO HOMINEM TARDVM IN MOVENDIS PEDIBVS.

**H**ominem tardum in mouendis pedibus significare uolentes, Camelum pingunt. ille enim solus ex alijs animalibus crura in eundo incuruat. & ex hoc habet appellationem.

QVOMODO HOMINEM IMPUDENTER ACUTI VISVS.

**H**ominem impudentem & acuti uisus significare uolentes, ranam pingunt. hæc enim sanguinem non

non habet nisi tantum in oculis. eos autem qui illuc saginam habeant impudentes vocant. unde Homerus. ebrius, canis oculos habens, & cor cerui.

QVOMODO HOMINEM QVI SE  
MOVERE NEQUEAT.

**H**ominem qui multū tempus se mouere nequeat. Postea uero mouendi se uires consequatur, cum uolunt significare, ranam pingunt, pedes posteriores habentem. ranæ enim nascuntur sine pedibus, qui tamen procedente tempore subcrescant.

QVOMODO HOMINEM OMNI-  
BVS INIMICVM.

**H**ominem omnibus inimicum significare uolentes, anguillam pingunt. haec enim seorsum ab alijs piscibus degit. neq; temere cum alijs inuenitur.

QVOMODO HOMINEM SER-  
VANTEM MVLTOS  
IN MARI.

**H**ominem seruantē multos in mari significare uolentes, Narcam piscem pingunt. hic enim cum uiderit pisces defessos iam, nec amplius natare ualentest, præsto est illis ac seruat.

QVOMODO HOMINEM QVI  
VTILIA ET INVTLIA  
MALE CONSVM-  
PSERIT.

**Hominem**

**H**ominem qui utilia & inutilia male consumperit significare uolentes, polypum pīscem pingunt. hic enim multum & intemperanter edens cibum congerit in caueam. & cum esui apta consumperit, abiicit, & reliqua inutilia.

QVOMODO HOMINEM HOMINIBVS SVI GENERIS IMPERANTEM.

**H**ominem hominibus sui generis imperantem significare uolentes, Carabum & polypū pingunt. superant enim Carabi polypos, ac primas tenent.

QVOMODO HOMINEM IVNCTVM MULIERI.

**H**ominem iunctum mulieri significantes, conchas pīsces pingunt. ipsæ enim in conchis genitæ, paulo post in ipsis conchis mutuo iunguntur.

QVOMODO HOMINEM QVI SEIPSVM NON CVRET.

**H**ominem qui semetipsum non curet, uerum à propinquis curetur significare uolentes, concham & cancrum pingunt. adhæret enim cancer conchæ. & uocatur pinnophylax, id est, conchæ custos. hiat autem concha cum esurit. in eam igitur hiantem cum pīsciculus intrauerit. pungit cancer ungula concham. hæc uero admonita concham claudit. & hoc modo uenatur pīsciculos.

g 2 Quomodo

QVOMODO HOMINEM CI-  
BVM EVOMENTEM.

**H**ominem cibum euomentem, ac rursus immoderatae comedentē significare uolentes, Musipulam aquaticū animal pingunt. hæc enim ex ore parit. postea uero natans foetum deglutit.

QVOMODO HOMINEM CVM ALIE-  
NIGENIS COEVNTEM.

**H**ominem cum alienigenis coeuntem significare uolentes, Myrannam pīscem pingunt. hæc enim ē mari egressa uiperis admīscetur. ac statim ad mare recurrit.

QVOMODO HOMINEM OB-  
CAEDEM PVNITVM.

**H**ominem ob cædem punitum significare uolentes, turturē laqueo captam pingunt. hæc enim detenta abiicit, quā habet in cauda spinam.

QVOMODO HOMINEM ALIE-  
NA COMEDENTEM IN-  
TEMPERANTER.

**H**ominem aliena comedentem ac deinde sua consumentē significare uolentes, polypum pingunt. hic enim si desint sibi cibi, ex suis capillamentis edit.

QVOMODO HOMINEM PVL-  
CHRA APPETENTEM.

**H**ominem pulchra appetentem, ac pro his ultro mala

mala subeuntē cum uolunt significare, Sepiam pingunt. hæc enim si uideat sibi insidias tendi aquam turbat profuso ex aluo atramēto . atq; ita pīscatorē fugit.

QVOMODO HOMINEM

LIBIDINOSVM.

**H**ominē libidinosum significare uolentes, passerculum turrianum pingunt . hic enim & ira concitus, & abundantī spermate uexatus , septies in hora coit, abundanter sperma emittens.

QVOMODO HOMINEM EVNDEM TE-

NOREM VITAE SERVANTEM.

**H**ominem eundem tenorem uitæ seruantem signifcare uolentes, lyram pingunt. hæc enim eundem sonum continuat.

QVOMODO HOMINEM QVI AB

INSIPIENTIA RESIPVERIT.

**H**ominem qui ab insipiētia resipuerit. ac inde modum suæ uitæ habuerit significare uolentes , fistulam pingunt. hæc enim maxime conuertit ac retinet hominem . & in memoriam redigit ea quæ animo obsequens perpetrauerit. & habet hæc sonum maxime compositum.

QVOMODO HOMINEM AEQVALE

VNICVIQUE DISTRI-

BVENTEM.

**H**ominē æquale unicuiq; distribuentē significare g 3 uolentes,

QVOMODO HOMINEM CI-  
BVM EVOMENTEM.

**H**ominem cibum euomentem, ac rursus immoderatē comedentē significare uolentes, Musipulam aquaticū animal pingunt. haec enim ex ore parit. postea uero natans fœtum deglutit.

QVOMODO HOMINEM CVM ALIE-  
NIGENIS COEVNTEM.

**H**ominem cum alienigenis coeuntem significare uolentes, Myrannam pīscem pingunt. haec enim ē mari egressa uiperis admiscetur. ac statim ad mare recurrit.

QVOMODO HOMINEM OB-  
CAEDEM PVNITVM.

**H**ominem ob cādem punitum significare uolentes, turturē laqueo captam pingunt. haec enim detenta abiicit, quā habet in cauda spinam.

QVOMODO HOMINEM ALIE-  
NA COMEDENTEM IN-  
TEMPERANTER.

**H**ominem aliena comedentem ac deinde sua consumē significare uolentes, polypum pingunt. hic enim si desint sibi cibi, ex suis capillamentis edit.

QVOMODO HOMINEM PUL-  
CHRA APPETENTEM.

**H**ominem pulchra appetentem, ac pro his ultro mala

mala subeuntem cum uolunt significare, Sepiam pīn-  
gunt. hæc enim si uideat sibi insidias tendi aquam tur-  
bat profuso ex aluo atramēto . atq; ita pīscatorē fugit.

## QVOMODO HOMINEM

## LIBIDINOSVM.

**H**ominē libidinosum significare uolentes, passercu-  
lum turrianum pingunt . hic enim & ira concitus,  
& abundantia spermate uexatus , septies in hora coit,  
abundanter sperma emittens.

## QVOMODO HOMINEM EVNDEM TE-

## NOREM VITAE SERVANTEM.

**H**ominem eundem tenorem uitæ seruantem signi-  
ficare uolentes, lyram pingunt. hæc enim eundem  
sonum continuat.

## QVOMODO HOMINEM QVI AB

## INSIPIENTIA RESIPVERIT.

**H**ominem qui ab insipietia resipuerit. ac inde mo-  
dum suæ uitæ habuerit significare uolentes , fistu-  
lam pingunt. hæc enim maxime conuertit ac retinet ho-  
minem . & in memoriam redigit ea quæ animo obse-  
quens perpetrauerit. & habet hæc sonum maxime com-  
positum.

## QVOMODO HOMINEM AEQVALE

## VNICVIQVE DISTRI-

## BVENTEM.

**H**ominē æquale unicuiq; distribuentē significare  
g ; uolentes,

uolentes, strothocamili pennam pingunt. hoc enim animal habet undiqꝫ alarum pennas æquales.

QVOMODO HOMINEM

LABORIOSVM.

**H**ominem laboriosum significare uolentes, nam num hominis pingunt. hæc enim omnia opera perficit.

ORI APOLLINIS NILIACI ΙΕΡΟΓΛΥΦΙΚΩΝ,


BERNARDINO TREBATIO VI-

CETINO INTERPRE-

TE FINIS.

BASILEAE APVD IOANNEM  
FROBENIVM MENSE  
FEBRVARIO.  
AN. MD XVIII.

Γίνεσθε φρόνιμοι καὶ οὐ σφεδεῖς.



Prudens simplicitas amorēs recti.

ἀκέρατοι ὡς ἀπεριτεροί.

INCLYTA GERMANIAE BASILEA.

M. D. XVIII.

UNIVERSITY OF LONDON  
WARBURG INSTITUTE

